UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXXII

Ab autore adiecta

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-289

Visual Library

ſebij locum, quem citat, non contuliſſe cum codice Plutarchiano. Senſus verus ita habet: Sicut (inquit) nimis remotam rem inſpicientibus neceſſe eſt prius viſus radios euaneſcere, quàm rem perfectè videant: ita in ipſa temporis conſideratione eius noticia nos effugit. reliqua etiam monſtroſè erant corrupta.

567. 2. Extra templa degentes.] ἔξω διατείβοντας. *nimirum extra templa domi ſuæ priuatim degentes. legebatur in Aldino* ἐξώδια τείβοντας. *itaq; illa multa mendorum millia ſuſtulit corrector; vt hoc præterierit. quod interpretes in iocularium vt inciderent errorem fecit. Vertit enim exodia terentes alter: alter, exitum ſibi procurantes verè decepti à ſe aut librario fallacia compoſitionis ac diuiſionis. Tertia ſurſum linea* Ἰήϊος *ſcribendum pro* Ἰ῎ηλος, *quod nihil eſt. Sagittarium, hoc eſt Apollinem,* Ἰήϊον *vocari, vel ex Suidæ collectaneis diſci potuit. vide Euſtathium in Iliad. ο. ad verſum 365.*

Ὥς ῥα σὺ ἤϊε φοῖβε πολλὼ κάματον καὶ ὀϊζὺν.

Notum eſt ἴος, ἴν, *&c. ſolum ſignificare: neque noſtrum eſt id huc coactis exemplis docere. Locus Homeri eſt Iliad. δ. 141. de ſauciato in confuſione fœderis Menelao.*

Ὡς δ᾽ ὅτε τίς ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.

566. 15. Rurſumque ſeipſum diſſipet.] ἅμα σπῶσιν. *verba hæc non cohærent, neq; mendo carent. Refutat autem ea, quæ ſuprà diſputabātur de Apollinis in ignem, & alias res mutationibus fatalibus, ob quas etiam Dionyſus diceretur. pro* κατατείνοντας εἰσὶ *καὶ legerim libenter καὶ* κατατείνοντός εἰς. ταύτῃ περὶ τὰ ὅλα.] *Sic legendum, non* ταύτην. *Sed &* συντιθεμένῃ *&* διαχεομένῃ *non ſunt recti, verùm tertij caſus. Sub finem* Φωνὴν ἐφινερθίσιν] *confuſa hæc ſunt, & (vt puto) manca.*

AB AVTORE ADIECTA.

Fol. 701. Verſu 27. Verſus non ſunt integri. mox Apollini iraſci.] *lego* ἐπιλήψεται δὲ τῷ Ἀπόλλωνι χαλεπ. *Verſus autem*

ſunt

ſunt Aeſchyli, & extant in fine 2. πολιτειῶν Platonis. Quod autem dicitur de ſacrificijs tibia carentibus, id autor noſter Minoi acceptum fert in ſalutaribus præceptis.

27. 36. Aeris quandam purgationem.] ἀέρος τινὰ κάθαρσιν, *&* τῷ πυρώδει, *legendum duxi. & ſcriptum coniecturam meam comprobare deinde comperi.*

28. 36. Non copia auri.] *Videtur mihi dialogiſmus eſſe cuiuſdam opulentum ob diuitias prædicantis beatum, & grauiter reſpondentis diuitis. Melius autem ſic expreſſiſſem: Te copia auri gaudere, haud iſtos decet. Poſteriores ſenarij ſunt mutili.*

Fol. 703. Verſ. 16. Condimentum enim animi ſunt ſalubria dicta atque præcepta.

FINIS ANNOTATIONVM
Tomi primi.

RERVM